Castellan Posnanien ad mitigan partium dissentientium animos
iniuriasq et offensas omnes moderan deputauimus Quare Sinc.
tam requirimus et hortamur vt certo opportuno tempore simul cum
praefato Castellano Posnanien Domino Archiepiscopo Leopolien
conueniant ibidemq tam Magistratui quam quadraginta viris
tum et suburbanis ad se vocatis de omnibus iniurijs et offensis
quascunq inter se habent diligenter cognoscant eas mitigent et
moderentur illud vero in primis curent vt transactio annis prae:
to retroactis hac ex simili occone aut te nostra facta et per nos
approbata in robore maneat Facturam Sinc. tua rem nobis gratam
et vocationi suo congruentem Quam bene valere cupimus Datum etc

Consensus ad venden bona heredi:taria ciuitat Leopol cuicunq voluerit

Sigismundus etc Significamus etc

Quod cum nobis a multo tempore sepissime exponerent Spectab
Proconsul et Cons Ciuitatis nostrae Leop. grauari se vltra mo:
dum in villis Tubza et Sichow hereditarijs quoniam peran:
tecessores eorum pro dessertatione ipsorum consilium a certis ho:
tilibus emptis crebris incursionibus militum et aliorum hominum
vagorum larvas militis assumen qui singulis fere annis in eis
et alijs adiacen villis stationes faciunt et protrahunt fruges
maturas et immaturas consumunt colonos verberibus diue:
xant atq exhauriunt et mille insolentias ibidem exercent Nec
satis est hoc ab hominibus licentiosis perpeti sed etiam vicini
insuper ex leuissima occone et aliquando absq vlla occasione fi:
nobis citationibus eos adoriuntur per varia subsellia iudicior
et ad Iudicia Tribunalis Regni trahunt ita vt eo tandem res
deueniant vt fructus bonorum eorum si forte qui e manibus
diripientium labuntur et dominis relinquuntur sumptibus in lites
continuas facien nequaquam respondeant His itaq intolerabi:
libus damnis et aerumnis adducti in animum induxerunt vt
cas villas vz Tubza et Sichow possessionatas et terram os:
nica desertam ad illas pertinen vendant earumq pretium in
vsus securiores et meliores transferant Quod cum absq nro
consensu facere et venditoribus et emptori non satis esset tutum

per certos Senatores et Consiliarios nostros peterent a nobis, ut
eam in rem consensum nostrum adhibere dignaremur. Nos itaq.
multoties reipsa experti multum Reipub. Civitatis illius subi-
nde expedire ne Magistratus qui bono Regimini Civitatis continue
invigilare debet vexationibus eiusmodi a deliberationibus publi-
cis avocetur et distrahatur facile intercessioni praefatae pro illis a-
pud nos factae annuen. esse existimavimus. Consentimus itaq.
et permittimus praedictis Cons. ut villas supradictas recensitas Sub-
kowa et Szichowo necnon Orwiczka desertam cuicunq. poterint iure he-
reditario quo ea antecessores ipsorum acquisiverunt vendant et in
Judicio competenti resignent quam venditionem et resignationem
posteaquam facta fuerit firmam et validam emptoriq. et eius
successoribus perpetuis temporibus utilem esse debere decernimus
et declaramus. Ea tamen lege et conditione ut Cons. qui eam
venditionem facturi sunt primum ante omnia fundos earum vil-
larum qui fundis civilibus contigui sunt limitibus competen.
et perpetuis seiungant eorumq. limitum in instrumentis venditionis
expressam faciant mentionem ne difficultatibus in posterum lo-
cum aliquem relinquant tum ut pecuniam pro iisdem bonis ac-
quisitam in nullos privatos usus in parte vel in toto convertant
sed eam super bona certa et libera iurisdictionis suae collocent
ita ut fructus eius pecuniis redditibus villarum praefatarum
respondeat et ad successores ipsorum Consulum iux. decretum Serenissimi
Regis Stephani quo eosdem villis ipsorum Consulum usui
adiudicatae sunt integre pertineat. Quod nobis tandem tes-
tatum facere et translationis eius pecuniis approbationem a
nobis petere debebunt et tenebuntur quam nos rei aequitate
perpensa illis non negabimus. In cuius rei fidem etc.

Mandatum ad Procon: Gedanen.

Sigismundus etc.

Spectabili Proconsuli Gedanen. Fideliter nobis dilecto gratiam
nram Regiam. Spectabilis Fid. nobis dilecte ab officio Fid. tuo
devoluta fuit causa per appellationem ad Judicium nostrum inter Ge-
nerosum Bartholomeum Tylicki Castellanum Brzesten.
Sluchoviensem et Bogoriensem Capitaneum actorem et Joannem Strakow-
ski Commentarium Gedanen. citatum occasione non satisfactionis